

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco  
Schoppe, Caspar  
Perizonius, Jacobus  
Franequera, 1687**

XX. Holosteon

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

gias Phormutus adducit, quas non satis probat. Hæc ille. Mihi placet Natalis de Comitibus in Mythol. *χάρων*, inquit, à *χαίρω*, id est, gaudeo, quia transitus Lesbei fluminis ad sedes beatorum maximo cum gaudio fiat. Sic ille. Invenio & *χάρων*, pro leone, *ἄνι τῆς χάροπιότητος*, id est, ab splendore oculorum. Huc videtur Virgil. *Æneid.* 6. respexisse; *stant lumina flamma:* & Ovid. *Metamorph.* *Rubra suffusus lumina flamma.* Seneca in *Hercul. Fur. act.* 3. *Concava lucent gena:* sic enim legendum, non *squalent*. Dicuntur etiam *χαράνια*, hiatus terræ immensi; & *χάσματα*, ex Diogene Laërtio, & Josepho Scalig. in *Æthna*; unde non male possent deduci Charon.

## XX. HOLOSTEON.

**H**olosteon, inquit Plinius lib. 27. cap. 10. sine duritia herba, ex adverso appellata à Græcis, sicut fel dulce: tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis, astringens gustu, nascitur in collibus terrenis; usus ejus ad convulsa rupta in vino pota. Hæc omnia sumpsit Plinius ex Dioscoride lib. 4. cap. 9. præter illa, sine duritia, ex adverso appellata à Græcis, sicut fel dulce. Qua in parte non assentior Plinio, si modò illa Plinii sunt tam disparata verba: nam quum dicimus, *fel dulce*, non Antiphrasis est, sed ironia. Deinde apud Dioscoridem non *ὀλίστεον*, sed *ὀλίσειον* legitur, id est, *perdens coronas*, quia coronaria non sit. Et verò si graminis similis est, rite vocabitur *holosteon*, id est, dura, & tota ossea, & non per antiphrasin. Doctor Laguna, nostram *pilosellam*, esse arbi-

tratur, quæ ideo sic vocatur, quod minus sit horrida, villosa, & veluti spinosa.

## XX. ORTHOPNOEA.

**C**œlius Aurelianus lib. 3. cap. 1. Chronion, quum fere attigisset, quid esset Orthopnoea, id est, spirandi difficultas, subdit: Item, ut alii dicunt, contrario vocabulo suæ virtutis nomen accepit: nam quum sui ratione convertat, ac depravet, tanquam corrigat, Orthopnoea nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus; multa enim contrarie interpretationis vocabulum sumpserunt; ut fella, quæ Græci *πλοῦσα* vocant, velut dulcia, quum sint amarissima. Hæc verba coincidunt cum illis Plinii ex capite præcedenti, utraque ex ingenio Grammaticorum. Quanto simplicius, & rectius diceretur; \* Orthopnoea ideo dicitur, quia nisi recto, & extenso collo spiritum emittere non possimus.

## XXI. LUSTRA.

**S**ervius lib. 1. Æneid. sic; *Lustra*, & *Lupercalia* per contrarium dicimus: quia parum *lustrantur*. Sed quantum Servius fallatur, & jam sæpe docuimus, & de Lustris egimus satis in Regula quinta, quum disceptavimus, unius vocis unicam esse significationem.

Erunt & alia multa, quæ Grammatici, ut sunt ad errores ingeniosi, comminiscuntur. Sed hæc satis fuerit confutasse; ex quibus

\* Orthopnoea ideo dicitur] Vide & Voss. Inst. Orat. III 17, 11. ubi item Antiphrasis, ut facile Grammaticorum inventum, explodit.

Respon  
bus facile in  
cem, quæ  
possit signifi

RE

ad

Crispi  
facere:  
in signi  
quum  
Orth

\* Nam Soli  
Sarcio vera  
posteriores  
tius quam  
tam pro P  
rim provis  
solampodo  
ineger, no  
mum, ut  
sim-ens: se  
ficatione ei  
continuo pe  
ne, quæ d  
haute ex P  
Nallum igit  
si, ut & pr  
adhiberet,  
us, sic Liviu  
vulgaris. Cap  
quæ nunciat  
d. In ea civ  
vulgaris det  
hant. Dilem  
ticia, & Jo  
J. c. In his  
prou ubi, iust